



QUAREIA—THE ADEPT

Module IV—The Arbatel and Planetary Magic

Lesson 8: Part Eight

BY JOSEPHINE MCCARTHY

WELCOME

Welcome to this lesson of the Quareia curriculum.

The Quareia takes a magical apprentice from the beginning of magic to the level of adeptship and beyond. The course has no superfluous text; there is no dressing, no padding—everything is in its place and everything within the course has a good reason to be there.

For more information and all course modules please visit

www.quareia.com

So remember—in order for this course to work, it is wise to work with the lessons in sequence. If you don't, it won't work.

Yours,

Josephine McCarthy



QUAREIA—THE ADEPT

Module IV—The Arbatel and Planetary Magic

Lesson 8: Part Eight

This is not a lesson, but is images of the original Arbatel in Latin, so that you can go through the text for yourself and look at it, should you wish to. Take note of the capitalisations that are deployed, as you were advised in the last lesson. If you read Latin, work with the Latin as well as the English text as you go through the lessons.

This version of the Arbatel is from a copy dated 1575, published in Basel by Peter Perne.

It is now owned by the Basel University Library, Switzerland: Doc AN VI 37. It is a part of the online collection of the Swiss Electronic Library E-lib.ch and E-rara.ch, which is sponsored by the Swiss University Conference (SUC) and the ETH board.

We would like to thank the Universität Basel (Basel University) and the Basel Universitätsbibliothek (university library) for their kind permission to reproduce the document in this lesson.

We should all be very grateful for the work done by the Swiss Electronic Library for making such rare and obscure works available for us to study and work with.

ספר ארבע
AR B A T E L
D E
M A G I A V E
T E R R M.

Summum Sapientia
studium.

*In omnibus consule Dominum, & nihil co-
gites, dicas, facias, quod tibi Deus
non consuluerit.*

B A S I L E Æ,
1 5 7 5.



3.

Arbatel

DE MAGIA

seu

PNEVMATICA

VETERVM TVM MA-
gorum populi DEI, tum Mago-
rum Gentium, pro illustratio-
ne gloriae & Philan-
tropias DEI.

*Nunc primùm ex tenebris in lucem
producta, contra Cacomagos & contem-
ptores donorum Dei, ad vtilitatem &
delectationem omnium, qui verè &
piè delectantur DEI Creaturis: & il-
lis cum gratiarum actione vtuntur ad
honorem Dei, & vtilitatem
sui & proximi.*

Et habet Tomos nouem Aphorif-
morum septies septenorum.

a 2

4

PRIMVS dicitur **ISAGOGE**, seu Institutionum liber Magiæ, seu *ἰσαγογιῆς*, quòd quadraginta nouem Aphorismis generalissima totius artis præcepta complectatur.

SECUNDVS est **MICRO COSMICA MAGIA**: quid Microcosmus per suum Spiritum & sibi à natiuitate addictos genios Magicè, hoc est sapientia spirituali effecerit, & quomodo.

TERTIVS est **OLYMPICA MAGIA**, quomodo per Spiritus Olympi agat & patiat homo.

QUARTVS est **MAGIA HESIODICA & HOMERICA**, quæ docet operationes per Spiritus dictos Calodæmones tanquam non hostiles humano generi.

Quin-

5

QVINTVS est **ROMANA** seu **SYBILLINA MAGIA**, quæ cum tutelariis spiritibus & dominis, quibus distributus est terrarum orbis, agit & operatur. Hæc est **VALDE INSIGNIS MAGIA**. Huc & **DRVIDVM** doctrina refertur.

SEXTA est **PYTAGORICA MAGIA**, quæ tantum agit cum Spiritibus, quibus data est artium doctrina, Physica, Medicina, Mathematica, Alchimia, & vicinæ artes.

SEPTIMA est **APOLLONII & SIMILIVM MAGIA**, complicata cum Romana & Microcosmica. Habet tamen hoc peculiare, quòd potestatem habet super Spiritus hostiles humani generis.

OCTAVA est **HERME-**

a 3

6

TICA, hæc est ÆGYPTIA-
CA, & non multum abest à Diui-
na Magia. Hæc producit Deos,
qui in templis habitant omnis ge-
neris.

NONA SAPIENTIA est
illa, quæ ex solo verbo DEI de-
pendet, & dicitur PROPHE-
TICA.

Libri

7

L I B R I

Arbatel Magiæ

T O M P S P R I M V S,
dictus

I S A G O G E.



IN NOMINE

Creatoris visibillum et
inuisibillum, qui inuo-
cantibus de thesauris
suis reuelat mysteria,
& secreta sua, et pater-
nè ac clementer ea largitur nobis sine
mensura: Is det nobis per vnigenitum
filium suum Dominum nostrum I E-
SVM CHRISTVM ministros
suos Spiritus secretorum reuelatores, vt
librum ARBATEL conscribamus:
de maximis secretis, quæ fas est homi-

¶ ¶

8

nom scire, illisque sine Dei offensa vit.
Amen.

APHORISMORVM
SEPTENA
prima.

APHORISMVS I.

QVI vult secreta scire, secreta se-
cretè sciat custodire, & reuelanda reue-
let: sigillanda sigillet: & sacrum non
det canibus, nec margaritas projiciat
ante porcos. Hanc legem observa, & as-
perientur tibi oculi mentis ad intelli-
genda secreta, & audies tibi diuinitus
reuelari quicquid animus tuus deside-
rauit. Habebis etiam prompta Angelor-
um Dei, & spirituum in natura mi-
nisteria obsequentiora, quàm vllus
animus humanus deside-
rare possit.

Aphor.

9

APHORISMVS II.

In omnibus inuoca nomen Domini,
& sine inuocatione DEI per vniuersi-
tum filium nihil suscipias ad cogitan-
dum vel faciendum. Vtere autem Spi-
ritibus tibi datis ac attributis tanquam
ministris, sine temeritate & presuma-
ptione, cum debita reuerentia erga Spi-
rituum dominum, tãquam legatis Dei:
& quod reliquum est vitæ, pacificè per-
ages ad Dei honorem, & tuam ac pro-
ximi vtilitatem.

APHORISMVS III.

Vive tibi & Musis, multitudinis as-
suicitias vitæ: Temporis sis auarius: o-
mnibus beneficus: vtere donis tuis: vo-
cationi inuigila: Verbum Dei
nunquam recedat ab o-
re tuo.

9 9

10

APHORISMVS III.

Obtempera benemouentibus: Fuge procrastinationem omnem: ad constantiam & grauitatem in dictis & factis tuis te assuefac: Tentationibus tentatoris resiste per uerbum Dei: Fuge mundana, caelestia quare: Non imitaris prudentiam tuam, sed in omnibus ad Deum respice, secundum Scripturae sententiam. Cum nescimus quid faciamus, ad te Deus eleuamus oculos nostros, & à te expectamus auxilium. Vbi enim humana nos destituunt praesidia, ibi Dei affulget auxilium. Secundum Philonis dictum.

APHORISMVS V.

Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex omnibus uiribus tuis, & proximum sicut te ipsum, & Domi-

nus

11

nus te custodiet tanquam papillam oculi sui, & ab omni malo liberabit, ac te replebit omni suo bono, nihilque desiderabit anima tua, cuius non compos sis futurus, modò tibi ad salutem corporis & animi contulerit.

APHORISMVS VI.

Quicquid didiceris, frequenter repute, & menti tuae infige, & multum discas non multa: quia animus humanus non potest omnibus par esse, nisi diuinitus quis regeneratus sit. Huic nihil est tam arduum, aut tam multiplex cui par esse non possit.

APHORISMVS VII.

Inuoca me in die tribulationis, & exaudiam te, et honorificabis me, dicit Dominus. Omnis aut ignoratia est tribulatio

12

animi. Inuoca ergo in ignorãtia tua Do-
minũ, & exaudiet te: & memento, vt
honorem tribuas Deo, ac dicas cum Psal-
mista: Non nobis Domine non nobis,
sed nomini tuo da gloriam.

S E P T E N A

Secunda.

A P H O R I S M V S V I I I .

Sicut Scriptura testatur, quòd Deus
imponit nomina rebus aut personis, &
simul cum illis etiam ibidem vires &
officia quaedam distribuit de thesauris
suis: ita characteres & nomina constel-
lata non habent vires ratione figura
vel pronunciationis, sed ratione virtu-
tis seu officij, quæ Deus vel natura ad
tale nomen vel characterem ordina-
uit. Nulla enim est virtus vel in cælo,
vel in terra, vel in inferno, quæ non
descendat

13

descendat à Deo, quo non fauente ni-
hil quod habet, dare, & in actum tra-
ducere potest.

A P H O R I S M V S I X .

Sapientia summa ea est, quæ in Deo:
deinde in creaturis Spiritualibus: por-
tea corporalibus: quartò in natura &
rebus naturalibus. Hæc longo interual-
lo sequuntur Spiritus Apostatæ & reser-
uati extremo iudicio. Sextò ministri pe-
ccatarum in inferno, & obediens Deo.
Septimò insimum locum Pygmæi tenent,
& qui in elementis & elementis
habitans. Omnes differentias sa-
pientiæ creatoris & creaturæ cognosce-
re ac discernere conuenit, vt quid in nos-
trum usum de vnaquaq; desumere de-
beamus, certò nobis constet, & quomo-
do id fiat reuera sciamus: siquidem om-
nis creatura ad vtilem finem natura

14

humane condita est, & in eius ministerium, sicut sacre testantur litera, ratio, & experientia.

APHORISMVS X.

Deus Pater Omnipotens Creator cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium in sacris literis seipsum conspicendum proponit: & tanquam pater qui tenere suos filios amat, docet nos quid sit utile, quid non, quid fugiendum, quid amplectendum: deinde etiam nos summis propositis beneficijs corporalibus & æternis ad obedientiam allicit, ac propositis pœnis ab ijs, quæ nobis utilia non sunt, deterret. In igitur sacras literas nocturna versato manu versato diurna, ut sis in præsentiarum & ad omnem æternitatem felix & beatus. Hoc fac & viues, quod te sacre docuerint pagine.

Aphor

15

APHORISMVS XI.

Numerus quaternarius est Pythagoricus, & primus quadratus: ergo hic ponemus fundamentum omnis sapientiæ, post DEI reuelatam sapientiam in Sacris literis, & ad considerandum in natura propositum.

Constitue ei, qui totus ex Deo pendet, omnis creaturæ sapientiam inservire et obedire, seu volenti siue nolenti, vel volentes, vel nolentes. Ac in hoc Dei elucescit omnipotentia. In hoc igitur C A R D O R E I consistit, V T V E L I M V S nobis creaturam inservire: & sciamus volentes nobis inservire à nolentibus discernere: ac ut cuiusq; sapientiæ et officia nobis accommodare discamus. Hæc ars nõ nisi Diuinitus traditur, cui vult Deus sua secreta reuelat, cui non vult aliquid de suis thesauris largiri, is inuito Deo vi nihil abstulerit.

16

Ergo rectè τὸν πνευματικὸν δῶρον ἡμῶν ἀ
 solo petamus Deo, qui nobis ea clemen-
 ter impartiet. Qui enim nobis filium
 dedit, & pro Spiritu Sancto suo orare
 nos iussit, quantò magis nobis totam
 creaturā, visibilia et invisibilia subijciat
QVICOVID PETIERI-
TIS, ACCIPIETIS. Videte
 ne donis Dei abutamini, & omnia vo-
 bis cooperabuntur ad salutem. Et ante
 omnia in hoc inuigilate, ut nomina ve-
 stra scripta sint in cælo; hoc leuius est
 quòd vobis spiritus obedient. Sicut Chri-
 stus monet.

APHORIS. XII.

In Actis Apostolorum inquit Spiritus
 Petro post visionem: Descende, &
 noli dubitare, quia ego misi eos, cum
 accerferetur à Cornelio Centurione.
 Hoc modo vocali verbo omnes trade-
 bantur

17

bantur disciplinæ per Sanctos Dei an-
 gelos, sicut ex Ægyptiorum patet mo-
 numentis. Et hæc postea humanis sunt
 deprauate opinionibus, & impulsu ma-
 lorum Spirituum, qui zizanias semiz-
 nant in filios diffidentie, sicut manife-
 stum est ex Diso Paulo & Hermete
 Trismegisto. Et non est alia **IN-**
STAVRANDI ARTES RA-
TIO, quam ex doctrina Sanctorum Dei
 spirituum: quia vera fides est **EX AV-**
DITV. Quod autem de veritate sis cer-
 tus, neq; dubites, an spiritus qui tecum lo-
 quitur, vera an falsa pronunciet, depen-
 det ex fide tua in Deum, ut cum Paulo
 dicas, Scio cui confido. Si nullus passer-
 culus potest cadere in terram sine vo-
 luntate Patris, qui in cælis est, quantò
 magis o modice fidei te non patietur
 Deus decipi, si à Deo depen-
 des, & illi soli ad-
 heres?

b

18

A P H O R I S. XIII.

Viuit Dominus, et omnia quæ viuunt in ipso viuunt. Et est verè I E H O: V A H, qui dat vniuersis vt sint quod sunt, & solo verbo vocali per filiū de nihilo produxit omnia quæ sunt, vt sint. Is vocat omnes stellas, omnem militiam cæli nominibus suis. Cui ergo Deus reuelauerit NOMINA CREATV. RARVM, is sciet veras vires, & rerum naturas: ordinem & politiam totius creaturæ visibilis et inuisibilis. Reliquum etiam est, vt à Deo potestatem accipiat producendi vires, in natura & vniuersa creatura recondita de potenti in actum: de tenebris in lucem. S C O P V S igitur tuus esse debet, vt spirituum nomina teneas, hoc est officia & potestates eorum: & vt à Deo illi tibi in ministerium subijciantur seu addicantur. Sicut R A P H A E L attributa

19

tus fuit Tobie vt parentem sanaret, ex periculis liberaret filium, & ei vxorculam suam adduceret. Ita M I C H A E L Dei fortitudo, populum Dei gubernat. G A B R I E L Dei nuncius missus fuit Danieli, Mariæ, Zachariæ Iohannis Baptiste patri. Et tibi petenti datus est, qui te doceat, quæ animus tuus desiderauerit in rerum natura. Huius vtaris ministerio cum metu & tremore creatoris tui, redemptoris tui, & sanctificatoris tui, Patris videlicet, Filij & spiritus S. & noli vllam occasionem prætermittere discendi, et vocationi tuæ inuigilandi: & nihil rerum necessarium desiderabis.

A P H O R I S M V S

X I I I I.

Viuit anima tua in æternum per eum qui te creauit. Inuoca igitur Dominum Deum tuum, & illi soli seruias. Hoc

b 2

20

feceris, si perpendas ad quem finem à Deo conditus sis, & quid Deo quid proximo tuo debeas. **DEVS** à te requirit animum, vt honores filium, & filij verbum custodias in corde tuo. Hunc si honoraueris, iam fecisti voluntatem Patris tui qui in caelis est: **PROXIMO** officia humanitatis debes: & vt omnes ad te confugientes ad honorandum filium adducas: Hic sunt lex & prophetae. **IN TEMPORANEIS** debes Deum tanquam patrem inuocare, vt tibi det omnia huius vitae necessaria: Proximum verò de donis Dei inuare debes, siue illa sint spiritualia, seu corporalia bona.

Sic igitur orabis.

Domine Caeli & Terrae omnium visibilium & inuisibilium conditor & creator: ego indignus, te iubente, te inuoco,

12

uoco per filium tuum vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, vt des mihi spiritum Sanctum tuum, qui me in veritate tua dirigat ad omne bonum tuum. **AMEN.**

Quia verò desiderio desidero artes huius vitae, & necessarias nobis perfectè cognoscere, quae immerse sunt tantis tenebris & conspurcatae infinitis humanis opinionibus, vt ego videam, me meis viribus nihil in ijs assequiturum te non docente: da mihi vnū de spiritibus tuis, qui me doceat ea, quae vis nos discere & cognoscere, ad laudem & honorem tuū & utilitatem proximi. Da mihi etiam cor docile, vt quae me docueris facile percipiam & in mentem meam recondam inde proferenda, tanquam de tuis inexhaustis thesauris ad omnes vsus necessarios: & da mihi gratiam, vt tantis donis tuis humillimè cum metu & tremore vtar, per Dominum nostrum **IE-**

b 3

22

SVM CHRISTVM cum
Sancto Spiritu tuo, Amen.

SEPTENA TERTIA
Aphorismus XV.

Spiritus Olympici dicuntur illi, qui
in Firmamento & in Astris Firmamen-
ti habitant, & horum officium est **F A**
T A decernere, & Fatales casus admi-
nistrare, quatenus id Deo placuerit &
permiserit: sic nulli neque malus Dæ-
mon, neque malum fatum, qui sedet in
adiutorio altissimi, nocuerit. Quilibet
verò Olympicorum Spirituum hoc do-
cuerit aut effecerit, quod eius Astrum
sui addictus est, portenderit, tametsi si-
ne permissione diuina nihil de potenti-
ad actū deduxerit. Solus enim **DEVS**
est, qui & posse & efficere illis dat: De-
conditori omnium parent supercelestia
Cæ

23

Celestia, sublunaria & infernalium.
Ideo in hoc incumbere, ut **DEO DV-**
CE, quæ suscipis, suscipias, & **OM-**
NIA OPTATVM ET FE-
LICEM SORTIENTVR
FINE M, quemadmodum totius
mundi testatur historia, & quotidiana
ostendit experientia. Pius pax: Impius
non est **PAX**, dicit Dominus.

A P H O R I S. XVI.

Septem sunt gubernatores seu offi-
ciorum differentia Olympi, quibus Deus
voluit vniuersam hanc mundi machi-
nam administrari. Visibilia autem eor-
um Astra sunt **A R A T R O N,**
B E T H O R, **P H A L E G,**
O C H, H A G I T H, O P H I E L,
P H V L. Olympico sermone. Quilibet
bet præterea sub se habet militiam Fir-
mamenti multiplicem.

6 4

24

ARATRON præst provinci
visibilibus XXXIX.

BETHOR XXXII.

PHALEG XXXV.

OCH XXVIII.

HAGITH XXI.

OPHIEL XIII.

PHVL VII. Ut sint Olympi pro
uincia. CLXXXVI in vniuersum
in quibus suam politiam septem guber
natores administrant, quæ omnia in A
STRONOMIA GRATIÆ ex
plicantur disertè. Hoc autem loco quo
modo AD COLLOQVIA dedu
cuntur horum principes & potestates
explicandum est. ARATHRON
in Sabbato & hora prima diei apparet
ac responsa dat de suis prouincijs & pro
uincialibus verissimè. Similiter & al
ordine in suis diebus & horis. PRÆ
EST etiam quilibet 490. Annis. Pri
cipium Anomalie simplicis, anno 6
an

25

ante Christum natum est principium
administrationis BETHOR, & du
rauit ad annum Christi Domini 430.
Cui successit PHALEG vsq; ad 920
annum. Deinde OCH ad 1410 an
num. Abhinc HAGITH regnat ad
1900 vsque.

APHORIS. XVII.

Magice euocantur Septem guberna
torum principes, simpliciter eo tempore,
quo diei & horis præsent, visibiliter
aut inuisibiliter, per sua nomina & of
ficia, quæ illis Deus dedit, & proposito
eius caractere, quem vel confirmauer
int vel ipsi dederint.

GUBERNATOR ARAT
TRON habet in sua potestate, quæ
naturaliter facit, hoc est eodem modo,
in prædisposito subiecto, ea quæ in A
STRONOMIA GRATIÆ Sa
turninis viribus ascribuntur.

b 5

16

QVÆ verò libera sua voluntate facti sunt,

1 quòd quævis potest in lapidem convertere etiam in momento, veluti animal aut plantam retinentem eadem obiecta visus.

2 Convertit thesauros in carbones, & contra carbones in thesauros.

3 Dat familiares cū definita potestate.


4 Docet Alchimiam, Magiam, Physicam.

5 Conciliat homini Pygmæus, homines pilosos.

6 Facit invisibilem.

7 Infecundum facit fecundum, & donat longevitatem.

CHARACTER EIVS




17

Habet sub se 49 Reges, 42 Principes, 35 Satrapas, 28 Duces, 21 Ministros coram se stantes, 14 Familiares, 7 Nuncios: Imperat Legionibus 36000, Legio est numerus 490.

BETHOR, Quæ Ioui adscribitur, gubernat: vocatus citò advenit.

Quem suo charactere dignatur, ad maximas dignitates euehit, obicit thesauros Aereos conciliat Spiritus, qui verò dant responsa. De loco ad locum transportant quasvis res & lapides preciosos, ac medicinas miraculosas in suis effectibus. Dat etiam familiares firmamenti, & potest ad 700 annos vitam prolongare, si *DEVS* voluerit.

CHARACTER




28

Habet sub se 42 Reges, 35 Principes, 28
Duces, 21 Consiliarios, 14 Ministros,
7 Nuntios, 29000 Legiones Spi-
rituum.

PHALEG præest Marti attri-
butis: Pacis princeps: eius characterem
cui tribuit, euehit ad summas dignitas
tes in re bellica.

C H A R A C T E R



HOC Solaribus præest, dat 600 an-
nos cum firma valetudine. Largitur
Sapientiam: dat spiritus præstantissi-
mos, docet perfectam medicinam, conuer-
tit omnia in aurum purissimum & la-
pides

29

preciosos. Dat aurum & crume-
nam pullulantem auro. Quem suo cha-
racterem dignum duxerit, facit tanquam
numen coli a regibus totius mundi.

C H A R A C T E R




Habet sub se legiones 36536. Solus
administrat omnia, & sibi inseruiunt
omnes sui spiritus per centurias.

HAGITH gubernat Venerea. quæ
suo dignatur characterem formosissimum
facit, & ornatum omni decore. Cuprum
conuertit in momento in aurum, et con-
trà aurum in cuprum. Dat spiritus qui si-
deliter inseruiunt ijs, quibus addicuntur.


30

CHARACTER



Habet legiones 4000 Spirituum
& singulis millenis praeficit Reges sta-
tis temporibus.

OPHIEL est gubernato
Mercurialiū, eius CHARACTER
est talis,




Eiu

31

Eius Spiritus accedunt ad legiones cen-
tum millia, dat Spiritus familiares fa-
cillimè. Docet omnes artes: & quem
suo caractere dignatur, facit posse in
momento argentum vitium conuertes-
re in lapidem Philosophorum.

P H V L hoc gaudet C H A
R A C T E R E.



Omnia metalla in argentum con-
mutat dicto & facto: Gubernat lunas
ria: sanat Hydropem: dat aqueos Spirie-
tus, & qui inseruiunt homini corpora-
li & visibili forma: facit 300 annos
vivere.

32

Generalissima huius secreti
præcepta.

1. *Gubernator quilibet cum omnib. suis Spiritibus agit: Aliàs naturaliter, semper scilicet eodem modo: Aliàs ex libera voluntate sua, si à Deo non impeditur.*
2. *Potest etiam omnia, quæ naturaliter longo tempore facit in materia prædisposita, etiam repente in materia non prædisposita facere. Sicut Ochi princeps Solarium longo tempore parat aurum in montibus, Minori tempore per Chemicam artē: In momento Magicè.*
3. *Verus & diuinus Magus potest omnibus creaturis Dei, & gubernatorum mundi officio uti ad nutum suum. Ideò illis obediunt mundi Gubernatores, & VOCATI VENIUNT, ac iussa exequuntur, DEO tamen auctore; Sicut Iosue stetit sol in cælo. Me quocribus Magis, mittunt de suis Spiritibus.*

33

Spiritibus, qui in determinatis tantum quibusdam negotijs illis obtemperent. At Pseudomagis non audiunt, sed eos Dæmonibus illudendos obijciunt, & in varia pericula conijciuntur Deo mandante, sicut de Iudæis Jeremias capite 8. testatur.

4. *In omnibus elementis sunt septem gubernatores cum suis exercitibus, qui æquali motu cum firmamenti motu mouentur, ac semper inferiores à superioribus dependent sicut in PHILOSOPHIA GRATIÆ docetur.*

5. *Ex utero matris ad Magiam producit homo, qui verus magus esse debet: alij qui seipsos ad hoc officium ingerunt, sunt infelices. Hic locum habet quod Iohannes Baptista inquit: Nemo potest sibi accipere quicquam, nisi ei datum fuerit de super.*

6. *Omnis CHARACTER à Spiritu datus quacumq; ratione, habet suam*

6

34

efficaciam in hoc negotio, in quo datus est, in tempore præfinito. Est autem eo utendum hora & die Planetaria qua datus est.

7. Viuit DEVS, & viuit anima tua, pactum tuum seruaueris, quod cum spiritu reuelatore in DEO habes, quod omnia fient, quæ Spiritus tibi promittit.

APHORISMVS
XVII.

Olympicorum spirituum nomina ab alijs alia traduntur, sed tantum illa sunt efficacia, quæ unicuique traduntur per reuelatorem Spiritum visibilem vel inuisibilem: & unicuique traduntur, prout ipsi sunt prædestinati. Ideo dicuntur esse constellata, & raro efficaciam habent ultra 140 annos. Tutissimum igitur est tyronibus artis, ut sine nominibus per sola Spirituum officia

35

operentur, & si ad Magiam præordinati fuerint, reliqua artis requisita se vltro offerent. ORATE TANTUM PRO FIDE CONSTANTE, & DEVS ordinabit omnia in tempore oportuno.

APHOR. XIX.

Olympus & eius incolæ informa Spirituum se vltro hominibus offerunt, & sua officia illis etiam inuitis præstant, quanto magis si eos expetitis adierint. Quod autem etiam mali accedunt, et eueriores, sit ex inuidia Diaboli, et quod peccatis suis homines eos ad se alliciunt tanquam peccatores debitam pœnam. Qui igitur expetit familiariter conuersari cum Spiritibus, se custodiat ab enormibus peccatis, & diligenter oret pro custodia altissimi, & prærumperet per diaboli insidias ac eius impedimenta.

c. 2.

36

Imò ipsemet ad vtiliter inseruiendum Mago, à DEO illi mandabitur & adigetur.

A P H O R I S. XX.

Omnia possibile sunt credenti & volenti: Omnia impossibile sunt incredulo & nolenti: Nihil magis impedit, quam animi volubilitas, leuitas, inconstantia, futilitas, ebrietates, libidines, inobedientia erga verbum DEI. Magum ergo oportet esse virum piū, probum, constantem in dictis & factis, firma fide in DEVM, prudentem, & nullius rei auarum præterquam sapientie, quæ est circa res diuinas.

A P H O R I S. XXI.

Olympicos Spiritus cum euocare volueris, obserua ortum Solis diei, de cuius

na:

37

natura spiritum desideras, & dicta sequenti oratione fies voti compos.

OMNIPOTENS ÆTERNE DEVS, qui totam Creaturam condidisti in laudem tuam, & honorem tuum, ac ministerium hominis, oro vt SPIRITVM: N. N. de Solari ordine mittas, qui me informet & doceat, quæ illum interrogauero: Aut mihi medicinam adferat contra hydropem, &c. Verum non mea fiat voluntas, sed tua per IESVM CHRISTVM filium tuum vnigenitum DOMINVM NOSTRVM. Amen.

Sed ultra horam integram non defatiges Spiritum, nisi sit tibi familiariter addictus. QVIA PLACIDE ET QUIETE VENISTI, ac petitioni meæ respondiſti, ago DEO gratias in cuius venisti nomine, ac eas nunc in pace ad ordines tuos, rediturus ad me cum te vocauero nomine tuo, aut per ordi-

c 3

38
nem, aut per officium tuum, quod à Creatore concessum est. Amen.

SEPTENA TERTIA
APHOR. XXII.

Secretum id dicimus, quod industria humana sine reuelatione nemo exquisiuerit, cuius scientia latet in creatura à Deo occulta, quod tamen permittit Spiritibus reuelari ad debitum eius rei usum: & sunt secreta, vel de rebus diuinis, vel naturalibus, vel humanis. Exquiras autem pauca & selectissima, quibus pluribus commodaueris.

APHORISMVS
XXIII.

Initiò constitue de natura illius secreti, an per Spiritus in forma personæ, an per virtutes separatas, an organis humanis,

39
manis, aut quomodocumq; perfici queat, nec ne. Hoc deprehenso, require à Spiritu, qui eam scit artem, vel quicquid est secreti, vt breuiter tibi illud dictet. Et ora DEVM, vt tibi suam gratiam adspiret, quò ad optatum finem secretum deducas in laudem & honorem DEI, ac proximi vtilitatem.

APHOR. XXIII.

Maxima secreta sunt numero septem.

Primum, Est omnium morborum curatio, spatio septem dierum, vel per characteres, vel per naturalia, vel per superiores Spiritus cum diuino auxilio.

Secundum est, vitam posse ad placitum producere ad quamcunque ætatem, vitam inquam corpoream & naturalem. Hanc primi habuere parentes.

40

Tertium, Habere obedientiam creaturarum in Elementis, quæ sunt in forma Spirituum personalium: item Pigmearum, Saganarum, Nympharum, Driadum, Syluaticorum hominum.

Quartum, Posse colloqui cum intelligentijs omnium rerum visibilibus, & inuisibilibus, ac de quavis re audire, ad quid cui præest, conferat.

Quintum, Seipsum posse gubernare ad finem à Deo sibi præfixum.

Sextum, Nosse Deum & Christum, eiusque spiritum Sanctum. Hæc est perfectio Microcosmi.

Septimum, Regenerari ut sit Henochij rex inferioris mundi.

**Septem hæc secreta sine DEI
offensione homo didicerit à
Spiritus, qui fuerit honesti
& constantis animi.**

S E.

41

SECRETATA MEDIO-
cria similiter Septem sunt
numero.

1 Metallorum transmutatio, quæ vulgò Alchimia dicitur, certa quidem, sed paucissimis datur, & non nisi ex peculiari gratia. Non est currentis neque volentis, sed miserentis Dei.

2 Metallica morborum cura, aut per magnalia lapidum pretiosorum, aut lapidis philosophici & similium usu.

3 Posse astronomica & mathematica præstare miracula, sicut sunt machine hydraulicæ, administrare negotia pro cæli influxu, & si quæ sunt similia.

4 Naturalis Magiæ opera, qualiacumque illa sunt exhibere.

5 Omnes Phisicas præuisiones scire.

6 Omnes artes ex fundamento cognoscere, quæ manibus exercentur, & corporis munijis.

e 5

42

7 Omnes artes ex fundamento cognoscere, quæ per Angelicam hominis naturam exercentur.

Secreta minora sunt septem.

- 1 Rem gnauiter facere, & multum pecunie corradere.
- 2 De humili statu ad dignitates & honores ascendere, ac nouam familiam fundare, quæ sit illustris & magnas res gerat.
- 3 In re militari excellere, & res magnas feliciter gerere, & esse capitis caput: Regum ac principum.
- 4 Esse bonum patrem familias ruri & in vrbe.
- 5 Esse mercatorem industrium & fortunatum.
- 6 Esse Philosophum, Mathematicum, Medicum, Aristotelicum, Platonicum, Ptolemaicum, Euclideanum, Hippocraticum, Galenicum.

7 Esse

43

7 Esse Theologicum, Biblicum, Scholasticum, qui omnes scriptores Theologie, veteres & novos didicerit.

A P H O R. XXV.

Dicitur est quid sit secretum, quæ genera, quæ species. Nunc restat dicere, quomodo ea quæ desideramus scire, assequamur. Vnica & vera via ad omnia secreta est, vt recurras ad Deum omnis boni authorem, & sicut Christus docet. Primò quæras regnum Dei & iustitiam eius, & cætera adjicientur vobis.

2 Item, Cauete ne corda vestra grauentur crapula & ebrietate & curis huius vitæ.

3 Item Commendes curas Domino, & ipse faciet.

4 Item, Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via quæ ambulas.

44

5 Et intellectum tibi dabo, & docebo te: in via quam gradieris, oculo meo te regam.

6 Item vos qui mali estis, scitis dare bona filijs vestris: Quamto magis pater vester, qui est in caelis, dabit Spiritum sanctum petentibus.

7 Item, Si volueritis facere voluntatem patris mei, qui in caelis est, verè discipuli mei estis, & veniemus ad vos, & mansionem apud vos faciemus.

Septem hæc scripturæ loca, si de litera ad spiritum seu in actum deduxeris errare non poteris, quin desideratam metam attingas, à scopo non aberrabis, & ipse D E V S per Spiritum Sanctum suum te docebit utilia & vera: dabit etiã tibi ministros angelos suos, tuos comites, doctores et adiutores, ad omnem secretum mundi. Mandabit et omni creature, ut tibi obediat, ut lætus & gaudens dicas cum Apostolis, tibi obedi-

re

45

re Spiritus. Tandem quod maximum est, certus eris, nomen tuum scriptum esse in caelis.

A P H O R. XXVI.

Alia via est & communior, ut tibi revelentur, etiam te inscio, secreta à Deo vel Spiritibus, qui secretum in sua potestate habent, vel per Somnia, vel per fortes imaginationes seu impressiones. Aut ex natiuitatis constellatione, per caelestes intelligentias. Hoc modo sunt viri heroici, sicut sunt plerique omnes docti viri in hoc mundo PLATO, ARISTOTELES, HIPPOCRATES, Galenus, Eudides, Archimedes. HERMES TRISMEGISTVS EST SECRETORVM PATER CVM THEOPHRASTO PARACELSO & in se omnes vires habent secreto-

46

rum. Ad hoc secretum Homerus, Hesiodus, Orpheus, Pythagoras referendi sunt, tametsi hi nonnihil præcedentis secreti dona habuere. Huc referuntur Nymphidici, sicut Melissæ filij, & dijs geniti Achilles, Æneas, Hercules: item, Cyrus, Alexander Magnus, Julius Cæsar, Lucullus, Sylla, Marius.

CANON est, ut unusquisque noscat suumgenium, & vi illi obtemperet iuxta verbum Dei: ac caueat insidias mali genij, ne Bruti & M. Antonij calamitatibus inuoluatur. Huc refer IOVIANI Pontani librum de Fortuna & suo Euticho.

TER TIA VIA est improbus labor, quo sine aliquo diuino numine nihil magni aut admiratione dignum aliquis assequitur, sicut dicitur:

Tu nihil inuita dices faciésue Minerua.

Des

47

Detestamur omnes Cacomagos, qui illicitis superstitionibus se socios demoniorum faciunt, et quædam quæ DEVS fieri permittet, loco pænæ à Diabolis impetrant. Sicut etiam alia sunt mala Diabolo authore, veluti de IVDÆ testatur scriptura. Huc referuntur omnes Idolomanie veterem & nostræ ætatis, ac sortium abusus, qualia multa habuit gentilitas. Huc etiam pertinet CHARONTICA euocatio manium, veluti SAVLIS cum MVLLIERE OPVS & LVCIANI defuncti militis VATICINIVM de euentu pugne Parsalice, & si quæ sunt similia.

A P H O R I S M V S

X X V I I .

FAC CIRCVLVM CENS

48

tro *A*, qui sit *B. C. D. E.* Ad artum sit *BC.* quadrum ad Septentrionem *C. D.* ad Occasum *D. E.* & ad Meridiem *E. B.* Singulos quadrantes diuide in septem partes, vt sint in vniuersum 28 partes. Et partes rursus in quatuor diuidantur, vt sint 112. circuli partes, ac tot sunt Secreta vera reuelanda. Estq; hic *CIRCVLVVS* hoc modo diuisus. *SIGILLVM SECRETORVM* totius mundi, quæ ab vnico. A centro promanant, hoc est ab indiuisibili Deo in vniuersam creaturam. *PRINCEPS ORIENTALIVM SECRETORVM* residet in medio, & habet vtrinque ternos satrapas, quorum sub se quilibet habet quatuor, & ipse Princeps sibi quatuor retinuit. Hoc modo & reliqui quadrantes suos secretorum Principes & Satrapas cum quaternis suis scriptis habet. Sed *ORIENTIS* est omnis Sapientie s. udium. *OCCASVS*

49

SVS roboris, *MERIDIEI* culturae, *SEPTENTRIONIS* rigidioris vitæ. Orienti igitur *MAXIMA* commendata sunt *SECRETA* Meridiei *MEDIOCRIA*. Occasui & Septentrioni *MINORA*. *VSVS* huius secretorum sigilli est, vt scias vnde producantur Spiritus seu Angeli, qui secreta sibi à Deo tradita doceant. Nomina autem habent desumpta ab officijs & virtutibus, prout Deus vnicuiq; suum munus distribuit. Alius habet potestatem gladij, alius pestis, alius famis infligende populis, prout à Deo ordinatum fuerit. Alij sunt euersores vrbium, sicut ut illi duo, qui missi erant ad euertendum Sodomam & Gomorrhham, ac vicina loca: quemadmodum horum exempla testatur Scriptura sacra. Alij sunt vigiles regnorum, alij custodes priuatorum, proinde vnusquisq; sibi facile eorum *FORMA VERIT NOMI*
d.

50

NA in sua lingua. Ita qui voluerit pe-
lat Angelum Medicum aut Philosophi-
cum, aut Mathematicum, aut Ange-
lum prudentie ciuilib, Sapientie super-
naturalis, vel naturalis, aut qualemcum-
que & *PETAT SERIO*, maximo
animi motu, *FIDE* et *CONSTAN-*
TIA, ac sine dubio quod petet, accipiet
à Patre omnium Spirituum Deo. Hæc
FIDES superat omnia sigilla, & subij-
cit illos voluntati hominis. Huic *FI-*
DEI succedit *CHARACTERI-*
STICA euocandi Angelos ratio, que
sola ex reuelatione diuina dependet: sed
sine fide tamen prædicta, eaq; præceden-
te iacet in obscuro. Si quis tamen ijs non
aliter atq; memoriali vti voluerit, &
veluti simplici aliquo à Deo ad hoc crea-
to, cui talis virtus seu Spiritualis essen-
tia alligata sit: poterit sine Dei offensi-
ijs vti. Sed caueat, ne in Idololatriam
cadat ac Diaboli laqueos, qui sue ve-
natio

51

nationi intentus facile *INCAP-*
TOS decipit. Et ipse non nisi solo
digito Dei capitur, ac seruituti hominis
addicitur, vt pio etiam inuiti seruiant.
Verum non sine *TENTATIO-*
NIBVS & tribulationibus, siqui-
dem mandatum habet, vt insidietur
calcaneo *CHRISTI* seu semini mis-
licis. *CVM METV* igitur &
tremore versandum in Pneumatica, ac
summa erga Deum reuerentia, & cum
GRAVITATE & *IUSTITIA*
cum Spiritualibus essentijs *CON-*
VERSANDVM. Ac ab omni le-
uitate, superbia, auaricia, vanitate, in-
uidia, impietate sibi caueat, qui
talia tractat, nisi mise-
rabiler pe-
rire ve-
lit.

d 2

52

XXVII I.

Quia omne bonum à Deo, solo bono, à quo quæ volumus impetrare, oportet in Spiritu & veritate ac simplici corde orando. **CONCLUSIO** secreti secretorum est, vt se quisq; excitet ad orandum pro eo, quod quis desiderat, & non patietur repulsam. Non despiciat aliquis orationem suam: nam à quo petitur **DEVS**, & largiri potest, & largiri vult, modò agnoscamus authorem, à quo suppliciter petamus desideria nostra. Clemens & bonus Pater amat filios desideriorum, sicut Danielelem, & citius exaudit, quam nos euincere possumus duriciem cordis nostri ad orandum. Sed non vult, vt demus Sanctum canibus, non vult esse despectum & contemptum clenidiorum thesauri sui. Ergo diligenter et sepe legas ac relegas primam septenam secretorū. Ac vitam omnesq; cogi:

53

cogitationes tuas inst. tuas ac dirigas ad cas præceptiones, et omnia tibi ex animi tui sententia cedent in domino, cui confidis.

SEPTENA

Quinta.

APHOR. XXIX.

Vt Magia nostrum studium procedat ordine, generalibus præceptis præmissis ad particularem accedamus explicacionem. **SPIRITVS** aut sunt Diuini ministri verbi & ecclesiæ ac membrorum eius: **AVT** sunt inseruientes creature in rebus corporalibus, partim ad salutem corporis & animi, partim ad interitum: nihilque siue boni siue mali fit sine certo & determinato ordine ac gubernatione. Qui bonum finem desiderat eum consequetur. Qui malum etiam

d 3

54

illum assequetur, idque citissime ex pœna diuina & auersione à diuina voluntate. Proinde vnusquisque suos scopos cum verbo Dei conferat, ac veluti ad lictum lapidem dijudicet inter bonum & malum: & apud se constituat quid fugiendum quidue expetendum sit, quodq; apud se constituerit seu definiuerit, sequatur gnauius **NON PROCRASTINANDO**, vt destinatam pertingat metam,

X X X.

QVI diuitias, splendorem huius vitæ, Magistratus, honores, dignitates, Tyrannides appetunt (idque Magicè) **SI ANNITANTVR** sedulo, assequentur eos. Vnusquisque pro suo facto & industria, ac scientia Magica. Sicut **MELESINÆ** historia testatur. **ET**

55

ET illius Magi, qui constituit, vt nullus natione Italus in æternum Neapoli Tyrannidem seu regnum obtineret: ac effecit, vt ille qui ipsius ætate regnabat, de sede deturbaretur. Vsq; adeo est magna potestas vigilum seu tutelariæ Angelorum regnorum mundi.

X X X I.

PRINCIPEM REGNI euocato, & ius in eum impetrato, & commenda quod volueris, & erit, quousque ille princeps rursus non fuerit absolutus ab obedientia per Magum succedentem. Proinde rursus Neapoli regnum posset restitui Italis, si quis Magus euocaret illum, qui hunc ordinem instituit, & eum adigeret ad recantandum suum factum. Cogeretur etiam restituere cleinodia ex Magico The

4

56

sauro ablata, LIBRUM, GEM-
MAM, et CORNV MAGICVM
quib. habitis facile si quis vellet se mun-
di monarcham instituerit. Sed ille IV-
DÆVS elegit viuere inter Deos vsq;
ad iudicium præ huius mundi transito-
rijs bonis: estq; cor eius excæcatum, quod
de Deo Cæli & terræ nihil intelligit,
aut cogitat amplius, sed immortalium
delicijs fruitur in æternam suam perni-
ciem. Et facilius euocaretur quã PLO-
TINI GENIVS in Isis Templo.

XXXII.

Similiter & Romani ex Sibillinis li-
bris edocti, simili ratione se mundi do-
minos instituerunt, sicut testantur hy-
storiæ. Sed MINORES MAGI-
STRATVS largiuntur Principis
regni Satrapæ. Qui igitur Minori offi-
cio seu dignitati inhiet, Magicè Sa-
trapam

57

trapam. Principis euocet, & erit voti
compos.

XXXIII.

At qui spretis dignitatibus, solis in-
hiet diuitijs, euocet Diuitiarum Prin-
cipem, vel vnum de suis Satrapis, & vo-
ti fiet compos, in eo genere, quo voluerit
ditescere, vel bonis terrestribus, vel mer-
catsura, vel donis principum, vel studio
Metallico, vel Chimicè, prout aliquen-
bis ditescendi modis præsidem produxe-
rit, & ius in illum obtinuerit.

XXXIII.

Omnis euocatio est vnus generis &
formæ, fuitq; olim Sybillis & summis
sacerdotibus familiaris hæc ratio. Hoc
nostro tempore per inscitiam & impie-
tatem est in vniuersum amissa: quod e-

d 5

58

*etiam restat, est deprauatum superstitio-
nibus & mendacijs infinitis.*

XXXV.

*MENS HUMANA est SO-
la mirificorum operum effectrix, adeo
ut se iunxerit cui spiritui voluerit.
Coniuncta producit quæ vult: ideo
CAUTE in MAGICIS proceden-
dum, ne decipiant Syrenes & Mon-
stra, quæ similiter MENTIS HV-
MANÆ societatem appetunt. Sem-
per igitur lateat sub ALIS AL-
TISSIMI, ne se Leoni rugienti de-
corandum offerat. Qui namque mun-
dana appetunt, difficulter Satana-
næ laqueos ef-
fugiunt.*

Septena

59

SEPTENA

Sexta.

APHORIS, XXXVI.

*CAVENDVM est, ne experie-
menta experimentis commisceantur,
sed ut unumquodque sit simplex duntaxat & unum. Nam DEVS & NA-
TVRA singula ad certum & destina-
tum finem ordinarunt. Ita, EXEM-
PLI GRATIA, qui simplicissimis
verbis & radicibus curant, omnium fe-
licissimè curant. Hoc modo & in con-
stellatis vocabulis & characteribus, la-
pidibus & similibus maximæ latent
influentiæ seu virtutes in actu, quæ
sunt miraculi loco.*

*Ita sunt & dictiones, quæ pronunciatæ
statim exhibent obedientes creaturas
visibiles et inuisibiles tam de nostro hoc
mundo, quàm de Aqueo, Aereo, Subter-*

60

raneo & Olympico, Supercœlesti, Infernali, & tandem etiam diuino. Studendum igitur maximè simplicitati, & à Deo impetranda notitia talium simplicium: alias nulla alia ratione vel experientia deprehendi possunt.

XXXVII.

Habent & singula suum locum sortita decenter, ORDO, RATIO, MODVS, sunt, quæ facilia reddunt omnes doctrinas tam visibilibus quam inuisibilibus creaturarum. ORDINIS, hæc est ratio, quòd aliæ sunt creaturæ Lucis, aliæ Tenebrarum. Hæc sunt vanitati subiectæ, quia se in tenebras præcipitarunt & manciparunt æternis pœnis, rebellionis gratia. Horum regnum est partim pulcherrimum in reb. transitorijs & cæducis: vna ex parte: quia non posset cõsistere sine aliqua virtute

61

tute et maximis quibusdam Dei donis: partim verò fœdissimum & horrendum dictu, quod inundat omnibus flagitijs et peccatis, Idololatria, contemptu Dei, blasphemijs veri Dei & operum eius: cultu demoniorum, inobedientia erga magistratum, seditonibus, homicidijs, latrocinijs, tyrannide, adulterijs, nefandis libidinibus, rapinis, furtis, mædacijs, periurijs, cupiditate dominandi. In hac mixtura consistit tenebrarum regnum. At lucis creaturæ, veritate æterna ac gratia Dei, & sunt Domini totius mundi, etiam tenebrarum dominis imperant tanquam Christi membra. Inter has & illas est æternum bellum, quoad Deus licet hanc dirimat suo ultimo iudicio.

XXXVIII.

DVPLEX igitur est MAGIA sua prima diuisione. Alia est DEI,

62

quam donat Creaturis Lucis. Alia est similiter DEI, sed donum creaturarum tenebrarum: eaque duplex, ad finem BONVM alia, ut cum Tenebrarum principes coguntur Creaturæ benefacere Deo eos cogente. ALIA ad finem MALVM, cum Deus ad puniendum malos permittit tales Magicè decipi ad perniciem, vel etiam mandat tales in perniciem detrudi,

SECUNDA DIVISIO MAGIÆ est, quod alia opera perficit instrumentis visibilibus per visibilia.

Alia instrumentis inuisibilibus per inuisibilia, Alia commixtis tam modis quam instrumentis & effectibus.

TERCIA DIVISIO est. Alia est que solius Dei inuocatione perficitur. Hæc est partim Prophetica & Philosophica, partim sicut THEOPHRASTICA.

Alii

63

Alia quæ per ignorantiam veri Dei cum principibus Spirituum agit, ut voti compos fiat, sicut est opus MERCURIORVM.

QUARTA diuisio est, quod alia à summo Deo descendendo cum bonis Angelis loco DEI suam MAGIAM exercet: talis erat BAAALIM MAGIA.

ALIA quæ cum satrapis malorum Spirituum suas exercet actiones: tales fuere qui per minores gentium Deos operabantur.

QUINTA Diuisio est. Alij cum spiritibus apertè & coram facie ad faciem agunt, quod paucis datur. Alij per somnia aut alia signa agunt: quæ alia veteres ex augurijs & hostijs captabant.

SEXTA DIVISIO EST quod alij operantur per immortales creaturas. Alij per mortales Nymphas

64

Satyros, & similes aliorum elementorum incolas Pigmæos, &c.

SEPTIMA DIVISIO EST, quod alijs vltro spiritus inseruiunt sine arte, alijs vix per artem euocati inseruiunt.

Inter has Magiæ species omnium præstantissima est, quæ à solo Deo dependet. SECUNDA, Cui vltro spiritus fideliter seruiunt. TERTIA, quæ propria est CHRISTIANORVM, quæ à CHRISTI potestate, quam habet in cælo & in terra, dependet.

XXXIX.

Apparatus ad artem Magicam discendam, est septuplex.

PRIMUM EST, vt diu noctuq; roget, quomodo in veram Dei notitiam

65

tiam ascendat tum per verbum reuelatum inde vsque à mundo conditum per scalam creationis, & creaturarum, tum per mirabiles effectiones, quas exhibent visibiles & inuisibiles Dei Creaturæ.

SECUNDO requiritur, vt homo in seipsum descendat, sese quemet optimè nouisse studeat, quid mortale in se habeat, quid immortale, quidque cuiusque partis sui proprium sit, quid diuersum.

TERTIO vt discat per immortalem sui partem, æternum Deum colere, amare, & timere: atque in spiritu & veritate adorare: cum mortali verò sui parte ea facere, quæ sciuerit Deo grata esse, & proximo utilia.

HÆC SVNT TRIA summa & prima Magiæ præcepta, quibus quisque se parauerit ad veram

e

66

Magiam seu diuinam sapientiam concupiscendam et assequendam, ut dignus habeatur, Cui Angelicæ creaturæ inseruiant, nõ tantum occultè, sed etiam manifestè, & de facie ad faciem.

Q V A R T O Cum ab utero matris quilibet ad certum genus vitæ vocetur inuigilandum ut quilibet pernoscat an ad Magiam natus sit, & ad quam eius speciem. Quod quiuis percipiet, qui hæc nostra legens facillè percipiet, & experiundo se successus habere senserit. Nam non nisi paruulis & humilibus talia & tanta dantur dona.

Q V I N T O aduertendum, num circa se manifestè assistetes sentiat Spiritus in maximis negotijs suscipiendis: Quod si tales senserit, manifestum quod ex Dei ordinatione fiet **M A G V S** hoc est talis persona, quæ ministerio spirituum utatur ad præclaras res efficiendas. Hic ut plurimum peccatur, vel neglig

67

negligentia, vel inscitia, vel contemptu, vel etiam nimia superstitione: peccatur etiam ingratitude erga Deum, qua clarissimi plerique viri, sibi postea exitium attraxerunt: peccatur & temeritate ac pernicacia: Ac tandem etiam quando dona Dei non **E O** in **H O N O R E** habentur, quo requiritur, & parerga ergis preferuntur.

S E X T O, F I D E E T T A C I T V R N I T A T E opus est futuro mago, maxime ut nihil proferat secretorum, quæ à spiritu sibi interdiciuntur, sicut **D A N I E L I** mandatur. Sigillanda quædam, hoc est non proferenda in publicum. Sic neque **P A V L O** liberum erat quæ viderat in reuelatione ut propalaret.

Nemo crediderit quantum in hoc

unico præcepto situm sit.

e. 2

68

S E P T I M O requiritur summa iustitia in futuro mago, hoc est, ut nihil impium, iniquum, iniustum suscipiat, inò ne in animum quidem admittat, & sic defendetur diuinitus ab omni malo.

X L.

C V M circa se senserit aliquid incorporeum agens, vel exteriori aliquo sensu, vel interiori: se deinde secundum septem subsequentes leges gubernet ad magicum consequendum finem.

P R I M A hæc lex esto, ut sciat à Deo ordinatum sibi talem spiritum, ac cogitet se habere inspectorem suarum actionum & cogitationum omnium. Ideò omnem vitam suam ad ordinem præscriptum in verbo **DEI** dirigat.

S E C V N D O semper cum
Dauid

69

Dauid ore: Spiritum sanctum tuum ne auferas à me, & Spiritu principali confirma me. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Ne des quæso Pater Cælestis potestatem Spiritui mendaci, quemadmodum dedisti super **A C H A B**, ut periret, sed custodi me in veritate tua. **A M E N.**

T E R T I O assuefaciat se ad probandos Spiritus, sicut Scriptura monet: nam de spinis non leguntur vix. Omnia probemus quod bonum & laudabile est apprehendamus, quod repugnat voluntati diuinæ fugiamus.

Q V A R T V M est, ut simus remotissimi ab omni superstitione. Est autem **S V P E R S T I T I O** hoc in loco tribuere diuinitatem rebus, in quibus nihil est diuini: aut etiam electio à nobis cultu sine mandato **DEI**, velle Deum colere: Quales sunt omnes Ceremoniæ Magicæ Sathanicæ, qui in

e 3

70

pudenter se tanquam Deum coli vult.

Q V I N T O fugienda est la-
tria Idolorum, quæ suo proprio motu
potentiam diuinam alligat Idolis aut alijs
rebus, vbi non sunt à Creatore vel na-
turæ ordine positæ, qualia multa Caco-
magi effingunt.

S E X T O fugienda etiam insidio-
sa Diaboli Cacozylia qua imitatur Crea-
tionis & creatoris potentiam, vt verbo
res producat, quæ non sunt vt sint, quod
est solummodo Omnipotentis Dei, &
creaturæ incommunicabile.

S E P T I M O inherendum
donis **D E I** & sancti Spiritus, vt ea
diligenter cognoscamus & excola-
mus toto pectore, & omni-
bus viribus no-
stris.

Acc

71

A P H O R I S. XLI.

Accedimus ad nouem huius Tomi
ultimos Aphorismos, quibus totam Le-
sagógicam Magiam concludemus Di-
uina adiuuante Clementia.

E S T igitur ante omnia obseruan-
dum quid per Magum in hoc opere in-
telligamus.

Volumus autem eum esse Magum,
cui ex Dei gratia manifestæ spirituales
essentiæ seruiunt ad cognitionem totius
vniuersi & naturarum in his conten-
tis, siue visibiles illæ sint, siue inuisibi-
les. Hæc descriptio Magi late patet, estq;
vniuersalis.

C A C O M A G V S est, Cui ex di-
uina permissione mali spiritus seruiunt
ad temporalem & eternam perniciem:
ad dementādos homines, & auertendos
à **D E O**. Talis fuit **S I M O N** Magus:

6 3

72

cuius mentio fit in Actis Apostolorum, & in CLEMENTE, quem Dignus PETRVS iussit deturbari in terram, cum se tanquam Deum ab im-mundis spiritibus iuberet in aerem eleuari.

In hunc ordinem referendi etiam omnes, qui in legibus XII. Tabularum notantur, & suis malefactis seu maleficijs innotescunt.

UTRIVSQVE MAGIÆ autem subdivisiones & species in sequentibus Tomis notabimus.

Hoc loco suffecerit, quod scientiam BENIGNI & MALI distinximus. Cum vtriusque primus HOMO possessionem in sui perniciem appetiuerit.

Veluti MOISES &

HERMES demonstrant.

Scien-

73

X L I I.

Sciendum secundò, quòd Magus est persona ex utero matris ad hoc genus operis. PRÆDESTINATA, neque sibi quicquam aliquis de tantis rebus sumpserit, nisi ad hoc VOCATUS fuerit diuinitus ad bonum finem. ex GRATIA, ad malum finem, vt compleatur scriptura. Oportet scandala fieri, sed vix illi homini per quæ. Proinde sicut et supra aliquoties monuimus cum metu et tremore in hoc viuendum mundo.

NON negauerim tamen, aliquas vtriusque Magiæ species, studio & diligentia aliquem assequi posse, si amittatur. Sed ad illa summa genera ne aspi-rauerit vnquam. Imò si illa appetet, violabitur corpore & anima sine dubio. Tales sunt, qui ex operationibus Cacos-magicis ad montem OREB aut soliz

c 5

74

itudines quasunque transferuntur, aut mutilantur aliquo, aut discerpuntur simpliciter: aut tandem priuantur mente, quemadmodum multis talia vstra veniunt, vbi à Deo deserti traduntur Sathanae.

S E P T E M A

Septima.

A P H O R . X L I I I .

Viuunt Deus, & Dei opera viuunt in eo statu, quo esse voluerunt: nam voluit illos libertate sua ad obedientiam mandatorum aut inobedientiam eorum vti. Obedientibus proposuit sua praemia. Inobedientibus proposuit penas meritas. Libera ergo voluntate Spiritus per superbiam & contemptum F I L I I D E I à Deo Creatore descuerunt, & reseruantur ad diem irae. Estque illis relicta maxima potestas in Creatione, sed tamen

75

tamen limitata, & semper freno Dei cohercentur suis limitibus. M A G V S igitur D E I, quod sapientem Dei sonat, seu à Deo informatum manu Dei ad omne aeternum bonum deducitur & M E D I O C R I A vel etiam S V M M A C O R P O R A L I A.

Magna est potentia Sathanae propter hominum magna peccata. Ideo etiam magna Sathanici Magi praestiterint, & maiora, quam quis vnquam crediderit. Quamuis in suis limitibus subsistant, tamen illi supra omnem captum humanum sunt, quatenus ad corporalia & transitoria huius vitae: quemadmodum id multae veterum testantur historiae, & quotidiana rerum exempla. In fine vtraque Magia à se inuicem differunt, illa ad aeterna bona transit, & temporalibus vititur cum gratiarum actione. Haec

76

de eternis parum est sollicita, sed tota s corporalibus tradit vt liberrimè omnibus suis fruatur cupiditatibus & delictijs in DEI & ire eius contemptum.

X L I I I .

Transitus de communi hominum vita, ad vitam magicam, non est aliu nisi de eadem vita dormientem ad eandem vitam vigilantem. Quæ enim in communi vita hominibus accidunt ignorantibus & nescientibus, ea Magi accidunt scientibus & volentibus. M A G V S intelligit quando animus eius à seipso cogitat, deliberat, ratiocinatur, constituit, definit aliqua faciendum: obseruat quando suæ cogitationes ab assistente separata essentia proficiuntur, & probat de quo ordine illa assistens separata essentia sit.

At

77

At homo Magiæ imperitus tanquam bellua affectibus sursum & deorsum fertur, cum à suo animo emanantibus, tum impressis ab essentijs assistentibus: ac nescit per verbum Dei inimicorum consilia euertere, seque ab insidijs tentatoris præcustodire.

X L V .

Summum Magiæ præceptum est, scire, quid quisque ad usum suum accipere debeat ab assistente spiritu, quid respuere: quod à Psalmista discet dicente. In quo corriget adolescens viam suam in custodiendo sermones tuos Domine. Custodire verbum Dei, ne illud malus rapiat de corde, summum est sapientiæ præceptum, reliquas suggestiones, quæ non sunt contra gloriam Dei, & charitatem erga proximum, admittere &

78.

excipere licet, non interrogando à qua-
li spiritu talis suggestio proficiscatur.
Cauendum tamen ne nimium circa
non necessaria occupemur iuxta Chri-
sti admonitionem, *Martha Martha,*
tu es sollicita circa plurima. Maria os-
tendam partem elegit, quæ non aufe-
retur ab ea. Ita semper intuemum
Christi dictum. Principio querite re-
gnum Dei & iustitiam eius, & cete-
ra adjicientur vobis. Cætera, hoc est om-
nia quæ mortali Microcosmi part.
debentur, victus, amictus, artes vita
necessariæ.

A P H O R I S M V S
X L V I.

Nihil adeo decet hominem, ac con-
stantia in diëtis & factis. Et cum si-
mili gaudeat simili, nulli sunt felicio-
res talibus: quia sancti angeli circa ta-
le

79.

les versantur, eorumque custodiam te-
nent. Contra auersantur homines ni-
bili & folijs leuiore caducis. Ex his
eliciunt 46 Aphorismum. Prout se-
quisque gesserit, ita ad se, allicuerit e-
ius naturæ & conditionis Spiritus.

At verissimè quidam admonet, ne quis
velit ultra suam vocationem se effere-
re, ne ad se vel ab extremis terrarum
orbis aliquem malignum Spiritum al-
liciat, à quo infatuetur, ac ad finalem
perniciem pertrahatur. Hoc præcep-
tum latissimè patet. Nam *M I Z*
D A S cum omnia conuertere vel-
let in aurum, ad se talem pertraxit
Spiritum, qui hoc præstare posset, &
per eum deceptus, ad mortem ex fame
perductus fuisset, nisi ex misericordia
Dei eius stultitia correcta fuisset. Idem
accidit nostris temporibus muliercu-
le circa *F R A N C K E V R-*
T V M A D Q D E R A M.

80

ut de omni re pecuniam raperet & de-
rioraret. O si hoc præceptum homines
perpenderent, & non Midae & simi-
lium historias pro fabulis haberent, di-
ligentiores essent in moderandis suis af-
fectibus & cogitationibus, neque ita
perpetuo à Spiritibus aureorum mon-
tium Utopie vexarentur. Proinde ac-
curate observandum, ut per verbum ta-
les præsumptiones ex animo rejcian-
tur, dum recentes sunt, neque habitum
fecerint in ocioso & diuino verbo va-
cuo animo.

X L V I I .

In vocatione sua, qui fideliter vers-
sabat, habebit etiam constantes eius
studij socios Spiritus, qui ei omnes sup-
peditabunt successus. Quod si etiam
Magie aliquam notitiam habuerit, non
grauabuntur se illi ostendere, a fami-
liariter

81

liariter cum ipso colloqui, & in diuersis
ministerijs, iisdem, quibus addicti
sunt: inservire, in bonis, boni ad salu-
tem: in malis, mali ad omne malum &
perniciem. Non desunt exempla in
historijs totius mundi, & quæ indies
in mundo accidunt. In bonis exemplo
est Theodosius ante victoriam de Ar-
bogasto. In malis Brutus antequam oc-
cumberet cum à Caesaris genio perse-
queretur, ac deposceretur ad pœnam, ut
seipsum iugularet, qui Patrem Patrie
& suum patrem iugulauerat.

X L V I I I .

Omnis M A G I A est reuelae-
tio eius generis Spirituum, cuius spe-
ciei est Magia. Ita nouem M V S Æ
H E S I O D V M ad nouenam
Magiam vocarunt, sicut de seipso ma-
nifeste testatur in Theognia. H O
f

82

MERICVM PLYSSIS
GENIVS in psychiologia.
HERMETEM de subli-
 mioribus animis spiritus. **MOSEN**
 ipse **DEV S** in rubo. **TRES**
MAGOS, qui Christum quæsi-
 tum venerant Ierosolymam, Angelus
 domini eorum ductor. **DANIE-**
LEM Angeli domini. Sic non est,
 ut quis gloriatur, non est volentis nec
 currentis, sed vel miscentis **DEI**
 vel alicuius alterius spiritualis fati.
HINC OMNIS O-
RITVR MAGIA & e-
 rursus deuoluitur, seu bona illa sit se-
 mala. Hoc modo **TAGES** pri-
 mus præceptor Magiæ Romanorum de
 terra profugit, **DIANÆEPHE-**
SIORVM suum cultum quasi ca-
 litas demissum ostendit. Sic & **A-**
POLLO, ac vniuersa **GEN-**
TIVM RELIGIO ac-
 cept

83

cepta est ab iisdem Spiritibus, neq. sunt
 ut **SADUCEORVM** opinio-
 nes, humana inuenta.

XLIX.

CONCLUSIO huius **ISA-**
GOG E esto idem quod superius nunc
 à nobis dictum est. Quemadmodum
VNVS est **DEV S**, à quo omne
 bonum: & **VNUM PECCA-**
TVM, videlicet inobedientia erga
DEI mandantis voluntatem, à quo o-
 mne malum. **ITA TIMOR**
DOMINI INITIVM
SAPIENTIÆ, & omnis utili-
 tas Magiæ. Nam timorem Dei sequi-
 tur obedientia erga voluntatem **DEI**.
 Hanc consequuntur **PRÆSEN-**
TIA DEI & **SPIRITVS**
SANCTI, ac ministeria san-
 ctorum Angelorum, & omnia bona
 de in exhaustis thesauris Dei.

f 2



84

AT inutilitas & damnosa *M A*
G I A oritur ex eo, ubi ex corde ti-
 morem Dei amittimus, & nobis pecca-
 tum dominari patimur. Ibi statim
 Princeps huius mundi Deus huius se-
 culi, talem instituit et *IN I T I A T*
 sacris regni sui, prout talem inuenerit
 utilem suo regno. Ibi sicut Arauens mus-
 scam, quæ in suam telam incidit, irres-
 tit: ita & Sathan suam venationem
 laqueis cupiditatum illaqueat, donec
 eum exugat & excitet ad materiam
 æterni ignis; hos fouet & tollit in al-
 tum, ut lapsu grauiore ruant. Circums-
 fer candidè lector, oculos & mentem
 tuam ad historias sacras & profana-
 nas ad ea, quæ indies fieri in mundo vi-
 des & deprehendes. *O M N I A*
M A G O R U M P L E-
N A, iuxta duplicem scientiam, *B O-*
N I & *M A L I*. Quæ ut melius pos-
 sint discerni, pro Isagoge conclusione ho-
 rum

85

diuisionem & subdiviisionem hîc subie-
 cimus, in quo quisq; contemplari pot erit,
 quid sequendum sibi sit, quid contra fu-
 giendum: & quatenus unicuique insu-
 dandum sit ad competentem vi-
 tæ & viuendi ter-
 minum.

f 3



F I N I S . .

QUAREIA

COPYRIGHT

© Josephine McCarthy 2016

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher.